Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me /
impperium expectauit cor meū & miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur & non fuit /
qui consolaretur & non inueni.
Et dederunt in escam meam fel / & in sitī mea
potauerunt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum / &
in retributiones & in scandalum
Obscurentur oculi eorum ne uideant / & dorsū
eorum semper incurua.
Effunde super eos iram tuam / & furor ire tue
comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deserta / & in taber
naculis eorum non sit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt / &
sup dolorem uulnerum meorū addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorū /
& non intrent in iusticia tua.